

## **Magnificum Dn. Rectorem ... Ad Inauguralem Actum Academicum Publicae Disputationis De Apoplexia**

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730130088>

Druck Freier  Zugang




R U. med. 1671.

Johann Baermeister, Preis.

Friedrich Tieffenbuck, Resp.







TIO MEDICA INAUGURALIS

De

# DIPLEXIA.

Quam

o adspirante Archiatro,  
secreto & Autoritate  
idiffimi Senatus Medici

Rostochiensis,

PRÆSIDE

ssimo, Excellentissimo atq; Experientissimo

HANNE BACMEI-

Medicinæ Doctore & Profes-  
geratissimo, Facultatis suæ Se-  
ssimo, & h. t. Decano spectatissimo,  
ore, Patrono & Promotore æratem  
suspiciendo,

## O LICENTIA

te Medicâ Honores, Insignia ac Pri-  
toralia more Majorum legitimè  
capessendi

*examini ac censura publica submitte*

ERICUS Tieffenbach/

Ruppinensis Marchita.

In Auditorio Majori


ris ante- & pomeridianis.

Februar. ANNO M. DC. LXXI.

ois JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

51.







50

MAGNIFICUM

DN. RECTOREM.

Admodum Reverendos, Nobilissimos, Amplissimos,

Consultissimos, Excellentissimos, Experientissimos,

Clarissimos, Humanissimos, Doctissimos,

Universitatis & Civitatis

Conscriptos Patres, & Literatos Cives,

Medicinae & Medicorum Fautores, Cultores,

Ad Inauguralem Actum Academicum

Publicae Disputationis

DE APOPLEXIA,

Quam

Præstantissimus, Ornatisissimus & Doctissimus

DN. FRIDERICUS TIEFFENBACHIUS,

Neo-Ruppinensis Marchicus,

Medicinae Candidatus,

pro

Summis in ARTE MEDICA, LICENTIATI & DOCTO-

RIS Titulis, Honoribus & Privilegiis ritè consequendis, DEO

TER OPT. MAX. SUMMO ARCHIATRO AUSPICE,

In Auditorio Majori ad diem IX. Februarii,

habiturus est,

Facultatis Medicæ DECANUS

JOANNES BACMEISTERUS, D.

Med. Practicæ & super. Math. Profess. P.

nec non Collegii Medici Senior,

Quâ decet & debet

Reverentiâ, Observantiâ, Humanitate

Publico hoc

PROGRAMMATE

Invitat & Vocat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univ. Typogr. Anno 1671.

1671.

47



**H**OMINEM non esse tumultuarium & incogitatum Opus, sed *Naturam*  
 illum ante cogitasse quam fecit, interq; maxima rerum suarum nihil  
 habere, quo magis gloriari aut certè cui gloriari possit, uti sapientissi-  
 mus Senecà lib. 6. de Benefic. c. 23. eleganter satis scribit, vel ex ipso  
 Creationis opere abundè apparet. Summus namq; ille & Potentissimus  
*δημιουργός* DEUS, postquam quinq; prioribus Diebus amplam & spaciosissimam  
 hanc Mundi Machinam cum Herbis, Arboribus, Sideribus, Piscibus & Volucris  
 sub initium etiam sexti diei terrestres Animantes fabricasset, tandem cogi-  
 tabundus & re ante in consultatione positâ ad hoc Operis molendum sese con-  
 vertens, non ait, *fiat Homo*, quemadmodum dixerat, *fiat Firmamentum*, *fiat Lux*:  
 sed, Divino quasi Concilio sanctissimæ & augustissimæ Triados accito, Faciamus,  
 inquit, HOMINEM ad Imaginem & similitudinem nostram, qui præsit reliquis  
 Creaturis, nostrumq; Corpus sua ipsius manu fingere dignatus est. Quæ fortè  
 cum legisset Algazel Saracenus, æmulatus intulit; Ad Compositionem Hominis  
 veniens natura cessavit, tanquam nihil honoratus componendum præ manibus  
 haberet. *O miraculum!* *Sol* sit, nec deliberatio antecedit: *Calum* solo nutu con-  
 dicitur, nec unde, aut quâ ratione tam singulare opus effectum sit memoratur:  
 Stellarum innumerabilium Chori, Mare, Terra, Animantes & omnia reliqua  
 creata unico saltem Verbo ad Ortum cidentur: ad solius HOMINIS effectorem  
 cum Consilio Effector accedit, & ex abjecto pedibusq; conculcando terræ limo,  
 ut Artifex sapientissimus modo cogitatu & effatu perdifficili tam honestum,  
 tam formosum, tam eximium, tam admirabile humani corporis plasma, opus  
 omnibus numeris absolutissimum non solum efformat, sed & Animum consilii  
 mentisq; participem per inspirationem ipsi insertat, atque sic HOMINEM suæ  
 sibi excellentissimæ præstantiæ simillimum perficit, perfectumq; in *Mundum* tot  
 rerum discriminibus quam decentissimè antea instructum atq; exornatum tanquã  
 in Civitatem amplissimam atque elegantissimam introducit, ut, in meditullio  
 Theatri hujus mundani constitutus, tanquam Monarcha totius Orbis aut Rex,  
 Dominusq; cunctorû huc illuc porrectis expansisq; potestatis suæ viribus fruere-  
 tur omnibus, omnibus imperaret. Magnum certè & ineffabile bonum, quod DEUS  
 in HOMINEM contulit, dum ipsum ad Imaginem non Angeli non Archangeli  
 sed propriam creavit, ipsiq; sui Imaginis speciem ita impressit, ut in Intel-  
 lectu ejus lux esset agnitionis Divinæ, in Voluntate conformitas cum Lege DEI,  
 & in omnibus Viribus cum DEO *ἀρχεῖον* congruentia summaq; perfectio.  
 Fecissent ergò Ethnicorum figmenta de Ortu Hominis nugatoria, quorum  
 quidam semper ab æterno genus humanum fuisse falsò crediderunt, nullum cer-  
 tum principium admittentes, sed orbem esse quendam generantium nascentium  
 que



que, in quo unius cujusq; geniti initium simul & finis esse videatur: ejusque rei exempla dicunt, quod negant, omninò posse reperiri, Ave sine ante Ova generata sint: cum & Ovum sine Ave, & Avis sine Ovo gigni non possit. Atque hæc Sententia Authores habebat non solum Pythagoram Samium, Cerejum Lucanum, Architam Tarentinum, omnesq; adèd Pythagoricos, sed & Platonem Atheniensem, Xenocratem & Dicaearchum Missenium, nec non antiquæ Academiæ Philosophos: quibus & Aristoteles Stagiritis, Xenocrates, Theophrastus multiq; præterea non ignobiles Peripatetici adstipulantur. Phœnicum verò & Ægyptiorum Theologia productionem ejus & initialem originem incertis fortunæ flatibus mandare non est verita, sed illum casu cum reliquis animantibus è terrâ prorephisse asseverabat, quod ipsum nec Euripidi, Anaxagoræ consecratorio & Archelao Physico displicuisse videtur. Quale exemplum reperire licet apud Cic. l. 2. d. divinat. de Tige quodam, qui cum terra in agro Tarquiniensi araretur, & sulcus altius impressus esset, repentè puerili quidem specie, sed senili prudentiâ exstitisse, & eum, qui arabat, effatus esse, dicitur, cujus & Ovid. l. 15. Metamorph. meminit. Facebant fabulares Poëtarum Historiæ, tùm qui è Promethei molli luto esse formatos, tùm qui è Deucalionis, Pyrrhaq; duris lapidibus esse natos arriolantur. Facebant Anaximandri deliramenta monstrofa, de Terræ tumoribus tandem ruptis: Quibus non absimilis est Epicuri Opinio; Is enim credidit, limo calefacto uteros nescio quos radicibus terræ increvisse, & Infantibus ex se editis ingenium lactis humorem natura ministrante præbuisse, quos ita educatos & adultos genus hominum propagasse. Quam sententiam Lucretius eleganti versu lepore tamen Poëtico lib. 5. Inclusit, quando

<i>Tum tibi terra dedit primum mortalia secla.</i>	<i>Convertebat ibi natura foramina terræ,</i>
<i>Multo enim calor atq; humor superabat in arvis:</i>	<i>Et succum venis coquebat fundere apertis</i>
<i>Hinc ubi quæq; loci regio opportuna dabatur,</i>	<i>Consimilem Lactis; Sicut nunc femina quæq;</i>
<i>Crescebant uteri terre radicibus apti:</i>	<i>Cum peperit, dulci repletur lacte; quod omnis</i>
<i>Quos ubi tempore maturo patefecerat atas,</i>	<i>Impetus in mammæ convertitur ille alimenti.</i>
<i>Infantum; fugiens humorem, auræq; petiscens;</i>	<i>Terra Cibum Pueris, Vestem Vapor, Herba cubile</i>
<i>Præbebat, multa &amp; molli lanugine abundans. &amp;c.</i>	

Facebant deniq; Dii minores Platonici Hominis creatores, quos Angelos quidam intellexerunt. Deploranda isthæc fuit cæcitas. Non à seipsis, nec fortuitò, nec ullo alio spontaneo modo, nec semper fuerunt atq; extiterunt *Homines*. DEI rerum omnium Machinatoris totum est, quicquid sumus: Ipse Corpus effinxit, ipse Animam, qua spiramus, infudit, & omnia, quæcunq; fecit, propter *Hominem* fecit, quia usui *Hominum* cuncta cessere; Nos enim campis, nos montibus fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus terris foecunditatem damus: nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus: nostris deniq; manibus in rerum natura



quasi alteram naturam efficere conamur: Hominem verò ipsum propter se  
 tanquam divini templi Antistitem, spectatorem operum, rerumque Coelestium.  
 Humanihujus Opificii egregiam descriptionem & Opificis solertiam à Viro an-  
 tiquissimo & divino Moisi aetate suppari, Suida teste, Hermete s. Mercurio illo ter-  
 maximo, (ob Oraculum de Trinitate ab ipso editum sic dicto, sive jam Deus ille  
 fuerit gentilis, sive Sacerdos, sive Sapiens Ægyptius, ut idem Suidas vult,) in Pi-  
 mandro Dialogo V. traditam, ut hic subnectam, & raritas ipsius Authoris &  
 verborum excellentia à me exigere videntur. Non tantum enim *Hominem ad*  
*Imaginem DEI factum esse* clare testatur, sed etiam illud explanare tentat, quam  
 subtili ratione singula quæq; in Corpore Hominis membra formaverit: cum eo-  
 rum nihil sit, quod non tantundem ad usus necessitatem, quantum ad pulchritu-  
 dinem valeat, sicuti ex sequentibus erit manifestum. Sic enim ille loc. cit.  
 Νόσον, ὡ τέκνον, δημιουργέμενον ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἔ δημιουργήμα-  
 τῶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐξέτασον, καὶ μαθε, τίς ὁ δημιουργῶν τὴν καλὴν καὶ θέαν  
 ἀνθρώπου εἰκόνα; τίς ὁ ἴσως ὀφθαλμοὺς περιγράψας, τίς ὁ τὰς εἴνας καὶ τὰ ὅλα πνευ-  
 μήσας, τίς ὁ τὸ σῶμα διανοήσας, τίς ὁ τὰ νῦρα ἐπιλάνας καὶ δαμύσας, τίς ὁ  
 ἐχετόσας τὰς φλέβας, τίς ὁ τὰ ὀστέα σπέρροποιήσας, τίς ὁ δέσμα τῇ σαρκὶ περι-  
 βαλὼν, τίς ὁ τὰς δακτύλους διελών, τίς ὁ πῦς πᾶσι βάσιν πλατύνας, τίς ὁ διορύ-  
 ζας πῖς πόροις, τίς ὁ τὸν σπλῆνα ἐκτάνας, τίς ὁ τὴν καρδίαν περαμοιδῆ ποιή-  
 σαις, τίς ὁ τὰ νῦρα συνθεῖς, τίς ὁ τὸ ἦπαρ πλατύνας, τίς ὁ τὸν πνεύμονα συναγγά-  
 σαις, τίς ὁ τὴν κελίαν ἐυρύχορον ποιήσας, τίς ὁ τὰ πριώμενα εἰς τὸ φανερόν ἐκ-  
 τυπώσας, καὶ τὰ αἰχρᾶ κρυψας. Ἴδε πόση τέχνη μιᾶς ὕλης, καὶ πῶσα ἔργα-  
 μιᾶ περιγράψῃ, καὶ πάντα περικαλῆ, καὶ πάντα μεμετροημένα, πάντα ἢ ἐν Δια-  
 Φορᾷ. Τίς πάντα ταῦτα ἐποίησε; ποῖα μητῆρ, ποῖα πατῆρ ἢ μὴ ὁ ἀφανὴς θεὸς  
 τῷ ἑαυτῷ θελήματι πάντα δημιουργήσας; καὶ ἀνδριάντα μὲν ἢ εἰκόνα χωρὶς  
 ἀνδριαντοποιῆ ἢ ζωγράφῳ ἐδείξῃ φησι γερονένας. Ἰδοὺ ἢ δημιουργήμα χωρὶς  
 δημιουργῶ γερονέ; ὡ τῆς πολλῆς τυφλότη! ὡ τῆς πολλῆς ἀσεβείας! ὡ τῆς  
 πολλῆς ἀγνωμοσύνης. h. e. Age, fili, circumspice Humani corporis opificium;  
 Cujus admonitione perdisce, quis tam pulchræ Imaginis conditor: quis Oculor-  
 um pictor; quis Nares Auresq; tornavit &c. reliqua ob vitandam prolixitatem,  
 & pagellarum brevitatem parco latinè referre. Non immeritò itaq; *Homo*  
*Magnum Miraculum, Animal Venerandum, Universi Exemplar, & abbreviata*  
*Effigies* s. Paradeigma à Philone, Solino, Democrito, Aristotele, Basilio & aliis  
 appellatur, ac μικροκόσμος epitheto insignitur. In hoc enim velut orbe con-  
 tracto ac abbreviato summatim quasi & Coelestia & terrestria omnia tanquam  
 in par-



in parvâ mappè depicta continentur; Hic caelum quasi pusillum representat,  
 cui collucent intus tanquam Stellulae ex Virtutum contemplationibus, artiumq;  
 disciplinis acquisitæ naturarum plurimarum Imagines. Hic *κοσμοπολιτης*  
 Orbis incola & Civis cum universas dotés, quibus singulae animantium species  
 à naturâ donatæ atq; dotatæ sunt, saepe etiam præstantiores ac perfectiores com-  
 plexas in se contineat, *παν ζῶον* omne animal, animal omnigenum dici quo-  
 dammodo potest. Et, ut uno verbo multa comprehendam: Inter res creatas Ho-  
 mine nihil est admirabilius, nihil artificiosius; Verè namq;, sicubi Divinæ sapien-  
 tiæ ac potentiæ speculum reperire licet, in Corpore humano illud consistere ex-  
 istimandum; sive enim externos corporis artus, sive internam ejus dispositio-  
 nem spectes, nihil tam minutum est, in quo non divinæ providentiæ vestigium  
 singulare appareat. Egregiam hanc atque æquabilem omnium partium  
*συμμετριαν* nunquam satis admirari potuit Antiquitas & Philosophorum schola,  
 meritoq; hoc ipsum intuentes exclamarunt; O quanti artificii & quantæ sapien-  
 tiæ Opus hoc! Poterat quippe Homines perspicacissimæ mentis, expertes quam-  
 vis literarum cœlestium & à veritatis Christianæ notitiâ remoti, excellentiam  
 Creatoris vel è solo Opere judicio haud fallaci cognoscere, uti hoc ipsum Cicero  
 Lib. d. i. leg. testatum fecit, quando, *Hoc animal, inquit, providum, sagax, multi-  
 plex, acutum, memor, plenum rationis & consilii, quem vocamus Hominem, præclara  
 quadam conditione generatum est à summo DEO.* Nec aliter poterat esse. Cum enim  
 DEUS ad eò nobilem Spiritum Immortalem scilicet animam inspirare Homini  
 constituisset, omnino necessum erat, ut domicilium elaboratissimum & undi-  
 quaque decorum tam digno Hospiti adornaretur. Hoc enim erat illud Maxi-  
 mum in Minimo: Maximum ratione admirandarum operationum in Minimo sci-  
 licet Corpore; prout Minimum nimirum parvus Mundus in Maximo seu Majori  
 Mundo, maximum tamen ubivis representans. In hâc autem stupendâ Corpo-  
 ris fabricâ, quænam Pars præ cæteris omnibus principatum obtineat, cum om-  
 nes ita sint comparatæ, ut non solum summi Opificis sapientiam, immensam  
 potentiam & imperscrutabilem bonitatem demonstrant, sed & vix aut ne vix qui-  
 dem absq; subjecti ipsius interitu abesse possint, inter Philosophos æquè ac Medi-  
 eos disceptatum hætenus acriter, nec frustra. Nil enim abstrusissimam Animæ  
 nostræ naturam & stupendas, quæ inde fluunt, actiones melius explanat, quam  
 nobilissimæ de Principatu Partium quæstionis industria & indefessa enodatio.  
 Cognita namq; parte Principe, constabit & unâ, cui parti in gravibus affecti-  
 bus præcipuè adhibenda sit medela, quod qui ignorat Medicus, & tamen con-  
 fortantibus & Cordialibus dictis Medicamentis frequenter contra bonæ valetu-  
 dinis hostes pugnat, idem agit, ac qui Ululam cuculare, & Cuculum ululare,



existimat, nesciens discrimina Avium, quippè quarum neutram in vitâ vidit, licet  
voces exactè distinguat. Quod itaq; rem ipsam concernit, Creditum est Anti-  
quis ex sententia atq; placito Galeni, primatum in Corpore non posse adjudicari  
uni soli parti, sed communem esse Cerebro, Cordi & Epate, quæ tria Viscera  
inita quasi societate Aristocraticâ pari Authoritate reliquis imperent. Imò non  
desunt è gravissimis auctoribus, qui triumviratu non contenti Testiculos quoq;  
principibus accensent. Nititur hæc assertio certis quibusdam principiis, quibus  
cum ingenti applausu in Scholas receptis, non difficile fuit obtinere assensum, &  
quicquid voluerunt. Tres ajunt sunt Animæ facultates, Naturalis, Vitalis atq;  
Animalis, tres item ejusdem appellationis Spiritus, tria genera Vasorum commu-  
nium, quæ facultatem & Spiritus quoquo versum in Corpore deferunt. Hepat  
inquit Venæ cavæ truncum producit distribuendo sanguini in universum cor-  
pus & nutriendis partibus destinatum. Cor Arteriam magnam edit, per cujus  
tubulos calorem & vitalem spiritum in omnem corporis regionem diffundit. Ce-  
rebrum suppeditat Spiritum & virtutem animalem ad sensuum actiones & mo-  
tum musculorum idque per Nervos ad omnes partes etiam remotissimo loco.  
Quæ officia cum paris pœnè sint dignitatis, a quæ etiam ad œconomiam Corpo-  
ris conservandam necessaria, par quoq; partium sit dignitas oportet, par Princi-  
patus, & proinde non uni soli parti, sed tribus illis, vel quatuor etiam quorun-  
dam arbitrato Principatus adscribendus. Hæc disputatio celebris hucusq; fuit  
in scholis, eâ passim resonare Cathedræ Medicorum, eam instar Canonis tech-  
nici venerati sunt Scriptores, adeò ut vix extiterit unus atq; alter, Aristotelis Au-  
thoritate suffultus, qui contradixerit. Quomodo autem stantibus inter partes pri-  
mo loco Epate, Cerebro & Corde ab Imperii Microcosmici consortio excludi  
debeat Pulmo, cujus necessitas tanta est, quanta enumeratarum, & forsan major,  
non video: Respiratione namq; interceptâ, & negato Cordi necessario refrige-  
rationis usu, fuliginumq; educatione prohibità, Vitæ extinctio confestim sequitur.  
Quod si magnorum Vasorum insertio aliquid potest ad Regiæ dignitatis colla-  
tionem, nec Pulmoni illa deesse deprehendemus partim in Cor partim in fauces  
tendentia. Et quo quæso loco statuatur Ventriculus peritissimus Chylificatio-  
nis magister? Annon ille vel ipso Æsopo Fabularum principe Patrono, primum  
inter partes petet locum, & nisi omnis sensus me fallit, æternâ partium ignomi-  
niâ ac dedecore obtinebit? Urgebit ille merita sua in universam corporis Rem-  
publ., exaggerabitq; suam in comœatu advehendo industriam. Dabit idem con-  
spicienda Vasa sua, quâvis venâ & arteriâ majora, quibus utitur partim ad Ci-  
bum intromittendum, partim ad coquendum, partim ad recrementa educenda.  
Nec forsan causâ suâ cadet Pulmo; atq; ita omnibus in Imperii communitatem  
admissis, eritne status quâvis Democratiâ deterior? eritne Anarchia, quia nulla  
ex omni-



ex omnibus pars Princeps, nulla reliquis dignitate eminentior? Verùm Monarchiã exprimere debebat partium Corporis ad se invicem habitudo eò, quod illa Imperii forma sit perfectissima, sit stabilissima & maximè diuturna, adde & ex ipsius naturæ rerum serinio educta. Cœlestium Corporum magnitudine, colore ac virtute mirè differentium Rex unicus Sol est, à quo Stellæ reliquæ quæcunq; suum suscipiant Lumen & foventur. Ipsum Terrarum Imperium sub uno Rege & Monarchiã felicis longè fore & pacatissimum, & sub eo ignota planè bellorum & conflictuum nomina, nemo forsan est qui dubitat. Verè etiam se res habet in Corpore nostro perfecto illo Microcosmo, elucetq; ibi manifestissimè Monarchiæ imago. Paucis dicam quomodo. Cor est Viscerum omnium nobilissimum; Còr est pars Corporis princeps, cui reverentiam debent atq; honorem reliquæ omnes, cui uni acceptum tenentur referre, quicquid habent vitæ, quicquid roboris ac virtutis, nec comparatæ in unum omnes sive dignitatem species sive necessitatem cum Corde certare ullo modo poterunt; Quod licet Vulgus Medicorum neget, ipso facto tamen asseruisse patet exiis, quæ supra de confortantibus scripta sunt. Sive etiam insuper Cordis motum stupendum, sive ipsius Vasa ampla, sive deniq; figuram ipsam atq; substantiam consideres, sufficientissimè vel inde dignitas Cordis præ reliquis corporis partibus elucet. Ut jam nihil de Sacræ Scripturæ testimoniis adferam, quæ Animæ sedem disertè Cordi adscribit atq; sic in principatu id ipsum confirmat. Angustia quippe pagellarum ac materiæ amplitudo silentium mihi quasi imponere videntur, reservaturus reliqua tempori opportuno. Cum autem sub sole HOMINE nihil præstantius; nostra tamen conditio, eheulpost lapsum primorum nostrorum Parentum, adeo depravata, ut nulla Corporis pars, quamvis excellentissima, à Morbis sit immunis, & quo principior afficiatur, tanto certius detrimentum corpori concilietur; omnino necessum est, ut nos totos dedamus considerationi & contemplationi naturæ nostræ, sive eorum, qui corpus nostrum constituunt; nec aliud sibi vult veterum  $\gamma\omega\delta\iota\ \sigma\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\nu\varsigma$ , sive illud Cœlitus delapsum & Templi Delphici foribus insculptum, sive Pythagoræ, sive Chilonis symbolum fuerit. Huic certè curæ omnes homines incumbere par esset: Imprimus vero ei insistere debent, qui tandem aliquando Præfides Sanitatis & Morborum propulsores salutari cupiunt.

Hisce meritò jam ad sociandus Eximius & Literatissimus DN. FRIDERICUS TIEFFENBACHIIUS Neo-Ruppinensis Marchicus, Medicinæ Candidatus solertissimus. Ut enim Honestissimis Parentibus Patre nimirum Viro spectatæ Integritatis FRIDERICO TIEFFENBACH, Cive & Mercatore Neo-Ruppinensi Primario, morte inopinâ ante aliquot annos è vivis exempto, Matre vero Matronâ decoratissimâ ELISABETHA, Reverendi DN. THOMÆ Wagenigen Pastoris Ronnebecensis vigilantissimi filia prognatus; sic & ab ineunte ætate Virtuti & Eruditioni se totum consecravit, & jactis tum in Scholâ Patria sub Clarissimis ejusdem tum temporis Collegis Dn. Joh. Fretztorffe, Dn. M. Andrea



Area Westphalen & Dn. M. Christiano Rosa Latinæ & Græcæ linguæ, tum, desertis Paternum atq; Propinquorum autoritate patriis laribus, in Scholâ Neobrandenburgensi Marchi- cã sub Dn. M. Christophoro Latzkiõ humanioris literaturæ & Logices, tum deniq; in Gymna- sio Magdeburgensi & Colonienfi cis Suevum totius Philosophiæ fundamentis, opportu- namq; adeptus ætatem ad *Academiam Tenensem* se primò contulit, ac ibidem Philosophiæ & Medicinæ studiosissimè operam dare cœpit, sedulusq; auditor tam Clarissimorum istius Academiae Philosophorum Dn. D. Bechmanni, M. Posneri, M. Hundeshagen, & M. Vehrii, quàm Excellentissimorum Medicorum Dn. D. Rolfincii, Schenckii, Friderici P. P. in Publi- cis & privatis Lectionibus, Bartheldi verò in Privatis Collegiis non tantum exstitit, sed & sub Dn. M. Vehrii Præsidio Physicam Disputationem publicè habuit; binisq; sectio- nibus Anatomicis à Nobilibs. Dn. Friderici publicè administratis, maximo suo cum- commodo interfuit. Cumque hic per biennium ferè studio Philosophico & Medico vacasset, jam nominatorum Excellentissimorum Virorum disciplina & institutione apprime cœptum per aliquot temporis spatium in eadem acriter continuare destinaverat, nisi per Avun- culum suum Experientissimum Dn. D. Fridericum Helwigium, Medicum tum temporis Berolinensem jam verò Stetinensem Practicum felicissimum ad Euphoriam apud Virum Pl. Reverend. & Excell. Dn. M. Hermannum Beccerum, Phys. & Metaph. Prof. cele- bratissimum, ut & Ecclesiastem Jacobæum Vigilantissimum, Collegam meum honoratissi- mû suscipiendam huc vocatus esset. Ante sesquiannum itaq; ex Lipsiensi Universit. ad Athe- næum hocce nostrum balthicum properavit, seseque totum Informationi tum meæ tum- meorum Dominorum Collegarum consecravit, meque Methodum medendi publicè pro- fitentem, Excellentiss. Dn. D. Seb. VVurdigium Curiosam suam Spirituum Medicinam itidem publicè pertractantem, ut & Nobilibs. Dn. D. Joh. Jacob. Dobelium Hippocratè publ. Universam verò Medicinam in Privato Collegio proponentem gnaviter audivit, nec non sub Præsidio jam nominati D. Dobelii præterito anno Disputationem Pathologicam super Meletemata Medicinæ Hippocraticæ Joh. Ant. von der Sinden / Medici quondam Lei- densis famigeratissimi, publicè habuit, semperq; quem diu nobis hic adfuit, illos qui blandientis inertix & voluptatis mancipia existentes, in Academiis nil aliud quam in Apiario faciunt, detestatus est, summo studio illa tractans, quæ ipsa Medicæ Artis fun- damenta concernunt. Non exigua itaq; Medicinæ scientiâ instructus, ad altiora sibi pe- netrandum esse cœsivit, cum angusti atque demissi sit animi, honorem dignitatemq; la- borum quavis mercedem & virtutis præmium contemnere, & svasu suorum ac adhortatio- nibus Amicorum apud Amplissimam nostram Facultatem Medicam non ita pridem no- men suum professus est, sibiq; supremos in Medicina honores conferri modeste petiit. Ho- neste perito locum dantes, non solum eum ad Privatum quod alias rigorosum appellant Examen admisimus, inq; sejus profectus accuratè satis inquisivimus: Verum etiam ad Di- em IX. Instantis Mensis Februarii de gravissimo corporis nostri & periculosissimo Af- fectu APOPLEXIA in publicâ Auditorii Majoris Cathedrâ toto die disputaturum, com- muni omnium iudicio & censuræ exponemus. Veni igitur Magnific. Dn. Rector, Venite in rem præsentem Excellentissimi omnium Facultatum, Dn. Professores, Doctores, Licen- tiati, Ecclesiæ Ministri, artium liberalium Magistri, Studiosi, Fautores, & literarum- Amatores, Consiat hunc Academicum vestra præsentia ornate, operamq; seu vacuis auribus, seu linguis faventibus cum nobis tum Candidato nostro pro summâ Medicinæ dignitate obtinenda pugnante, benignè commodate. Spondemus nobis Vestram prompti- tudinem, à Facultate nostra & Dno. Candidato reciproca gratitudine demerendam. P. P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Medicæ, die XXVIII. Jan. Anno 1671.











ex omnibus pars Princeps, nulla reliquis dignitate em-  
 chia exprimeri debebat partium Corporis ad se invice  
 Imperii forma sit perfectissima, sit stabilissima & maxim  
 us natura rerum serinio educta. Coelestium Corporum  
 virtute mirè differentium Rex unicus Sol est, à quo Ste  
 um suscipiant Lumen & foventur. Ipsum Terrarum I  
 Monarcha felicius longè fore & pacatissimum, & sub  
 & conflictuum nomina, nemo forsàn est qui dubitat,  
 in Corpore nostro perfecto illo Microcosmo, elucetq;  
 chia imago. Paucis dicam quomodo. Cor est Visceru  
 Cór est pars Corporis princeps, cui reverentiam debent  
 mnes, cui uni acceptum tenentur referre, quicquid ha  
 ris ac virtutis, nec comparata in unum omnes sive dig  
 sitatem cum Corde certare ullo modo poterunt. Quod  
 neget, ipso facto tamen asseruisse patet exiis, quæ supra  
 sunt. Sive etiam insuper Cordis motum stupendum, I  
 deniq; figuram ipsam atq; substantiam consideres, suffi  
 ras Cordis præ reliquis corporis partibus elucet. Ut ja  
 ra testimoniis adferam, quæ Anima sedem disertè  
 principatu id ipsum confirmat. Angustia quippe pa  
 plitudo silentium mihi quasi imponere videntur, refe  
 oportuno. Cum autem sub sole HOMINE nihil præst  
 ditio; eheu! post lapsum primorum nostrorum Parentur  
 Corporis pars, quamvis excellentissima, à Morbis sit i  
 lior afficiatur, tanto certius detrimentum corpori con  
 est, ut nos totos dedamus considerationi & contempla  
 eorum, qui corpore nostrum constituunt; nec aliud sibi vu  
 five illud Cœlitus delapsum & Templi Delphici foribu  
 goræ, sive Chilonis simbolum fuerit. Huic certè cura  
 bere par esset: Imprimus vero ei insistere debent, qu  
 fides Sanitatis & Morborum propulsores salutari cupiu

Hiscè meritò jam ad sociandus Eximius & Literatissi  
 TIEFFENBACHIIUS Neo-Ruppinensis Marchicus, Medicin  
 Ut enim Honestissimis Parentibus Patre nimirum Viro specta  
 TIEFFENBACH, Cive & Mercatore Neo-Ruppinensi Primar  
 quot annos è vivis exempto, Matre vero Matronâ decoratissi  
 di DN. THOMÆ Wagentgen Pastoris Ronnebecensis vigili  
 & ab ineunte ætate Virtuti & Eruditioni se totum consecravi  
 tia sub Clarissimis ejusdem tum temporis Collegis Dn. J

im Monar  
 , quod illa  
 de & ex ipfi  
 , colore ac  
 tacunq; su  
 no Rege &  
 è bellorum  
 se res habet  
 nè Monar  
 bilissimum;  
 r reliqua o  
 quid robo  
 sive neces  
 Medicorum  
 bus scripta  
 ampla, sive  
 inde digni  
 ra Scriptu  
 atq; sic in  
 materiæ am  
 ua tempori  
 tamen con  
 ata, ut nulla  
 o principa  
 o necessum  
 ostra, sive  
 θι. σεαυτὸν,  
 sive Pytha  
 nes incum  
 ando Præ

ERICUS:  
 olentissimus.  
 RIBERICO  
 nâ ante ali  
 A, Reveren  
 ognatus; sic  
 n Scholâ Pa  
 Dn. M. An  
 drea

